UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

17 Notandum eſt etiam, quod vbi quis eſſet abſoluendus à Papa, ſi poſt declarationem humiliter petat, remoueri cedulones, ſolet ei concedi terminus vnius, vel duorum menſium ad obtinendã abſolutionem; & interim remoueantur cedulones, dummodò domi ſe cõtineat, præſtita cautione: quo termino elapſo denuò affiguntur, niſi pręſentauerit abſolutionem, *& ità ſeruari in tribunalibus Eccleſiaſticis dicit Ricc. in Prax. for. Eccleſ. part. 4. reſ. 17. Genuenſ. vbi ſupra cap. 23. numer. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ab excommunicationibus Papæ reſeruatis abſoluit eos, qui ob iuſtum impedimentum Sedem Apoſtolicam adire nequeunt.*

2 *Qui temporali detinentur impedimento, debent illo ceſſante ſe Apoſtolicæ Sedi præſentare ſecus ſi perpetuum habeant impedimentum.*

Qui cenſeantur habere impedimentum perpetuum, vel temporale, ibidem.

3 *Pueri, qui in puerili ætate in excommunicationem Papæ reſeruatam inciderunt, abſolui poſſunt ab Epiſcopo abſque onere ſe præſentandi Sedi Apoſtolicæ.*

4 *Viuens ex ſuo artificio, quo iter agendo vti non poteſt, abſolui poteſt ab Epiſcopo.*

5 *Quinam veniant nomine pauperum.*

6 *Delicati, aut multum potentes non ſunt Romam mittendi, sed prius conſulendus eſt Papa.*

7 *An Epiſcopus poſſit abſolutionẽ ab huiuſmodi excommunicationibus alteri committere.*

8 *An habentes priuilegium abſoluendi a cenſuris Papę reſeruatis poſſint hanc facultatem alteri committere.*

9 *In certis caſibus abſoluere nequeunt habentes huiuſmodi priuilegium.*

10 *Declarantur conſtitutiones Gregorij XIII. & Clementis VIII. editę contra prouocantes ad duellum.*

11 *An poſſit ab huiuſmodi excommunicationibus Epiſcopus abſoluere, ſi excommunicatus adire poteſt Legatum.*

12 *Quid ſi adire poteſt alium habentem priuilegium in dictis caſibus abſoluendi.*

CAP. VI.

An, & quando Epiſcopus abſoluere poſſit ab excommunicatione publica Papæ reſeruata.

1 DOctores cõmuniter tenent, poſſe Epiſcopum abſoluere à cenſuris Papę reſeruatis etiam in bulla Cęnę contentis eos, qui ob iuſtum impedimentum ſedem Apoſtolicam adire non poſſunt: tunc enim illa poteſtas ordinaria, quę ſublata erat ei per reſeruationem, reſtituitur exiſten-